

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

27 *Simili modo pronunciatum versus Torgaw/ in casu, quo A. K. infantem vivum humaverat, qui tamen adhuc vivus inventus, & baptizatus, quarta die mortuus fuerat: So möchte se wegen solcher Verbrechen gestalten Sachen nach/ weil die Verhaffte zu dem Ende das Kind in die Gruben verscharrt/ daß es nicht offenbahr werden solte/ und sie noch vor eine Jungfrau gehalten werden möchte/ also daß ihr Gemüth und Meinung gewesen/ durch dieses hochsträffliche Mittel ihr Kind zu töden/ und ums Leben zubringen/ auch der effectus und conatus bey ihr ad actum proximum kommen/ zu deme diese Verbrechen inter atrocissima delicta referret wird/ und damit andere Weibern dergleichen böse Thaten/ wieder ihre leidliche Kinder vorzunehmen/ durch dieses Exempel gleichsam geschreckt/ und abgehalten werden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ B. N. W. ad consultationem Quæstorii, Mens. Aug. Anno 1619.*

28 *Pariter fuit adjudicata pœna gladij M. H. qui uxori sua tribus distinctis vicibus venenum præbendo, morum & dolores capitis atque ventriculi ingens causatus fuerat: So möchte er von wegen solcher Mißhandlung und Verbrechen/ gestalten Sachen nach/ weil er der Gefangene zu dreymahlen seinem Weibe Gift und Mäusepulver fürs seylliche und bößliche/ in Gemüth und Meinung/ sie durch dieses hochsträffliche Mittel zu töden/ und ums Leben zu bringen/ eingegeben und beigebracht/ und also der effectus und conatus bey ihm ad actum proximum kommen/ auch diese Verbrechen inter atrocissima delicta referret wird/ und damit andere dergleichen böse Thaten wieder ihre Ehegatten fürzunehmen/ durch dieses Exempel gleichsam geschreckt/ und abgehalten werden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden B. N. W. Ad Inuicem & Scabinos Zwickavianes Mens. August. An. 1616.*

29 *Alter Casus*
Quæst. 2.
Pœna parricidij attentati absq; damno irrecurabili.

Secundus Casus est in attentato parricidii, quandoquidem ad proximum etiam actum delicti perventum fuit, nec per Reum stetit, quo minus delictum consummaretur, non tamen effectus secutus, neque etiam damnum irrecurabile alicui illatum fuit, sed is cuius mors appetebatur, vel planè in morbum non incidit, aut statim reconvaluit & pristinæ valetudini restitutus est. Quo casu pœnam mortis cessare, & ad summum iulligationem cum perpetuâ relegatione Inligi posse existimo; Veluti etiam sic statuunt Nicol. Reusn. decis. 21. n. 24. Virgil. Pingit. in quæst. Saxon. 14. nu. 1. Petr. Theod. in colleg. crim. disput. 7. tb. 6. lit. B.

30 *Tum, quod attentatum parricidii pro arbitrio iudicis puniendum est, iuxta Constit. Crim. Carol. art. 178. In delicto autem nondum perfectè consummato, iudex arbitrium usque ad mortè non nisi ex causâ urgentissimâ & lege ex-*

pressa probata extendere solet. Fel. in c. ex literis. col. pen. vers. secunda declaratio. & ibi citantur Dec. n. 14. vers. tertio modo. de const. Prosper. Farin. part. 1. oper. crim. quæst. 17. nu. 48. Jacob. Menoch. arbitr. iud. quæst. l. 1. quæst. l. 1. quæst. 86. n. 4. & 5.

31 *Tum, quod semper mitior pœna eligi, & iudex in mitiorem partem inclinare debeat. Jul. Clar. in præf. §. fin. quæst. 92. n. 2. Farinac. dicit. part. 1. quæst. 19. n. 3. Jacob. Scult. ad Modest. Pist. part. 4. quæst. 133. n. 26. Menoch de præsumpt. lib. 5. præsumpt. fin. n. 2. Alexand. conf. 109. n. 5. lib. 4.*

32 *Et ita Scabini pronunciarunt: So mag sie wegen solcher ihrer begangenen und betanten Verbrechen/ in Ansehung/ daß bemeldter ihr Ehemann von dem beygebrachten Gift nicht gestorben/ am Leben nicht gestrafft werden. Sie wird aber mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen B. N. W. Ad consultationem Præfati Nobil. à Perleßpß/ zu Duetz/ Mens. April. Anno 1596.*

33 *Simili modo responsum, quando sponsa quadam venenum abdendo in portione sponsum necare voluit. Ad requisitionem Quæstorii in Kempniz/ Mens. Decemb. Anno 1603.*

34 *Eandè pœnam sustigationis cum perpetua relegatione diciturimus. M. E. qua maritum suum malleo percusserat, quò moveretur. Ad requisitionem Quæstorii Wurzenis, Mens. Majo. An. 1624.*

35 *Similis pœna à nobis fuit ad iudicata M. R. qua toxicum præbendo, maritum interficere tentaverat. Ad consultationem Quæstorii Saltzensis, M. Sept. Anno 1626.*

36 *Tertius denique casus est, quando parricidium quidem attentatum fuerit, sed conatus ad actum solùm remotum devenit; Veluti si quis leviter aliquem percussit, aut emit venenum, sed non propinavit vel impeditus, vel pœnitentiâ ductus. Is fanè extra ordinem pro arbitrio iudicis & ratione attentati, vel relegatione, vel carcere, aut etiam multa pecuniaria plectendus est; Quoniam qui ad actum remotum saltem procellit, tam severè non puniendus est, ac is qui ad actum ipsi parricidio proximum & immediatum pervenit.*

37 *Ita statuunt Angel. in l. 1. §. si iniuria. ff. de extraord. crim. Bald. cons. 443 Gramm. decis. 2. n. 7. & cons. 36. n. 19 Paris. cons. 567. n. 13. l. 4. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus part. 2. in pr. n. 11. de homic.*

38 *Veluti sic Scabini diciturunt perpetuam relegationem N. S. qui privignam infantem sesquianni circa umbilicum & pectus digitis & unguibus constringendo occidere tentaverat, quo postea ipsius hereditatem lucraretur; Ad consultationem Quæstorii in Ratsburg/ M. Octob. An. 1586.*

Q V Æ S T I O XVII.

In qua referuntur Quædam Exceptiones & causæ, Reum pœna parricidij ordinaria eximentes

S V M M A R I A.

1. Pœna parricidij perinde ut alia supplicia arbitrio iudicis est subiecta.
2. Quenam causa Reum à pœnâ ordinariâ parricidij eximant. n. 4.
3. Causa etiam iniusta & bestialis delinquentem à dolo excusat. n. 5. 1.
5. Offensio præcedens, & in ira acundia calor Reum liberat à pœnâ ordinariâ.
6. Difficilimum est iustum dolorem temperare.
7. Ira ex iusta causa proveniens minuit delictum.

8. Ign-

8. Ignoscendum est ei, qui se ulcisci voluit.
 9. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 10. 11. 12. 13.
 14. Parricidium ex errore commissum veniam meretur n. 15. 16. 18.
 17. In delictis culpa non equiparatur dolo.
 19. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 20. 21.
 22. Pœnitentia ante consummationem parricidii quatenus delinquentem excuset, n. 25.
 23. Pœnitentia suffragatur re adhuc integra n. 24.
 26. Responsum Scabinorum Lipsensium.
 27. Etas minorennis in parricidii crimine veniam meretur, n. 30.
 28. Minores regulariter puniuntur mitius.
 29. Etiam in criminibus atrocibus.

31. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 33. Melancholici qua pœna plectendi, n. 34. 35. 36. 37.
 38. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 39. 40. 41.
 42. Quatenus Ebrietas in delicto parricidii delinquentem excuset, n. 47.
 44. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 45. Mandatum & iussus parentum num Reum excuset, n. 46.
 47. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 49. Metus & timor an veniam mereatur, n. 50.
 52. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 53.
 54. Morbus Epilepticus in quantum à pœna Reum liberat.

PRÆter causas, quætionibus præcedentibus relatas, quæ pœnâ ordinariâ Culei Reum liberant, variæ adhuc circumstantiæ in parricidio occurrere solent, ob quas iudex pœnam ordinariam remittere, aliamque mitiorem, gladii nimirum substituere potest. Eæque circumstantiæ ad *Quartum Casum*, quo pœna parricidii ordinaria cessat, referri debent.

1 Certum namque est, quod, uti alix pœnæ sic quoque supplicium parricidii in arbitrio iudicis sit, ita ut id iuxta facti & personarum qualitates non solum pro arbitrio exasperari, sed & deminui queat, *l. sed & si severior. ubi gloss. & Dd. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. hodie ubi Bartol & Dd. ff. de pœn. l. quid ergo §. pœna gravior. ubi gloss. de iis, qui noc. infam. Felin. in c. inquisitio, col. 5. de accusat. Iason. in l. omnes populi, de just. & jur. Andr. Tirag. in tract. de pœn. in præfat. n. 16. Petr. à Plach. in epit. delictor. cap. 33. num. 5. Jul. Clar. in præct. §. fin. quest. 85. vers. ulterius quero. Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 9. n. 22. Blanc in præct. crim. §. postquam vidimus, & c. num. 77. & 96. Myns. observ. 30. cent. 2.*

2 At, quanam sunt istæ qualitates & causæ, ob quas pœna culei ordinaria remitti, aliâq. mitior gladii nimirum, substitui potest? Certa sanè regulâ hæc comprehendendi ac definiti non possunt: notum siquidem est, quod in crimine parricidii dolus & animus deliberatus maximopere requiratur, *l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. l. nn. C. de his qui parent. vel liber. occid. §. a iâ quoq. Inst. de publ. ind. Bald. in l. fin. C. de her. inst. Salycet. in l. 1. ubi etiam Hyppol. C. ad Leg. Corn. de sicar.*

3 At causa etiam iniusta & bestialis à dolo excuset delinquentem, *l. igitur 12. §. & generaliter, 3. ff. de liber. caus. l. inter omnes 47. §. rectè dictum est 7. ff. de furt. Iason. in l. 1. §. hoc iudicium 4. vers. facit trita regula, quod qualibet causa & c. ff. si quis ius dic. non obtemp Ludolph. Schader. in miscell. c. 16. ti. iniusta causa an à pœnis excuset. vers. aut probatur illam causam ext. tisse & c. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 104 n. 8. Cravert. conf. 6 n. 89. lib. 1. Paris. consil. 149 n. 18. lib. 4. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quest. 60. n. 22. Egid. Boss. in præct. crim. tit. de decret. Mediol. n. 19. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. leg. temp. caus. 43. num. 1. Nicol. Boer. decis. 168. n. 11.*

4 Quis ergo omnes ac singulas causas à dolo & pœna parricidii ordinariâ excusantes referre poterit? Ideoq; hoc casu pœnæ deminutio opti-

mo iure iudicis arbitrio relinquenda est, qui pro discretionem legali faciliè arbitrabitur, quando & quibus ex causis pœna mitior pro crimine parricidii imponi debeat. Exempli tamen gratia certas quasdam circumstantias, ob quas pœna gladii huic crimini sufficiens esse potest, referã.

Primo autem mitigari potest pœna parricidii ordinaria, si quis verbis aut factis offensus, ex iracundiæ calore & iusto dolore commotus in coniungem aut liberos sæviat & parricidium committat. Etsi enim iracundia ab homicidio pariter & conjuges hoc casu nequiquam excuset; at tamen à pœna ordinaria ceu severiore ac duriore Reus liberari potest, substituta pœna gladii.

Tum, quod difficilimum sit iustum dolorem temperare: adeoque intenso dolore homo per motus ob delictum perpetratum mitius puniri debeat. *l. si adulterium §. Imperatores. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. Gracchus ff. eod. Bald. in c. 1. in verbo: vitam suam defendendo de pac. tenend. Felin. in ca. delicti filii, n. 12. & 13. de except. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. caus. 1. ubi exemplis & autoritatibus quam plurimis hoc confirmat. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 2. n. 19. Boss. in tit. de homicid. n. 60. in fin. Carrer. in præct. crim. de homicid. vers. sexto igitur excusat. & c. n. 1. & seq. Jul. Clar. in præct. §. fin. quest. 60 n. 19 vers. sed hic quero & c. ubi ponit exemplum in marito occidente uxorem deprehensam in adulterio.*

Tum, quia ira ex iusta causâ proveniens minuit delictum, adeoque & pœnam, quæ semper debet correspondere ipsi delicto, *l. 2. ibi: seu calorem & c. C. de abolit. l. aut facta §. causas. ibi: Cum quis per iram ab extraneo pulsatus est, ff. de pan. Felin. in c. sicut n. 2 & 4. de iur. iur. Dec. in l. quicquid. n. 7 & 8. ff. de reg. iur. Cagn. ibid. n. 6. 7. Jacob. Boulen. in rep. l. capitalium, §. famosos n. 193. ff. de pœn. Menoch. de arbit. iudic. quest. lib. 2. cas. 319. n. 33. & de præsumpt. lib. 5. præsum. 3. n. 117. Jul. Clar. delict. quest. 60 n. 9. Petr. à Plach. delict. c. 2. n. 19.*

Tum, quod aliquo modo ignoscendum sit ei, qui se ulcisci voluit, *l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bon. libertor. Felin. in c. significasti, n. 14. de homic. & in c. dilecti filii, n. 12. de exception. Iason. in l. ut vim. n. 11. ff. de iust. & iur. Jacob. Boulen. loco n. 195. vers. pro hoc facit, Tiraquell. de pœn. temper. caus. 1. n. 5. & seqq. Anton. Gomez. de delict. in tit. homicid. n. 24. in fin.*

Iuxta hæc Scabini dicuntur panam gladii S. M. qui ab uxore sua verbis & verberibus offensus

- eam occiderat. Nach Dresden an Richter und Schöppen/ M. Maio, Anno 1585.*
10. *It: Quum B. C. filium suum puerum 20 annorum suspenderat, commota ad tantum facinus partim inobediencia ipsius filij, partim severitate mariti qui propterea eam sapius miserrime tractaverat adjudicaverunt Scabini ipsi pœnã ordinariam cum appendice: Ihr wollet ihr dann in Ansehung des Knabens Ungehorsam / und ihres Mannes dar zu gegebenen Ursach / Gnade zeigen uff den Fall würde sie mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft und uff ein Radt gelegt/ B. N. W. Ad requisitionem Iudicis & Scabinorum Numburgens. Mens. April. An. 1584.*
11. *Pœna gladii quoq; fuit adjudicata H. S. qui conjugem suam de mendacio se arguentem, calore iracundia commotus, baculo percusserat & occiderat. Versus Helderungen/ ad consultationem Præsclti, Mens. Sept. An. 1597.*
12. *Eadem pœna fuit dictata P. H. occidenti uxore suam, eo quod famulum ab ipso dimissum exservituis, denno conduxerat, eumq; reverti jusserat. Versus Weissenfee/ Ad requisitionem Quæstoris, Mens. Mart. Anno 1608.*
13. *Simili modo pronũciarunt Domini, quum M. L. interfecerat uxorem, qua ad ipsius mandatum candelam accendere noluerat, Ad consultationem Quæstoris Lipsiensis Mens. Mart. An. 1616.*
14. *Secundo: remittendum est supplicium Culei eo casu, quo quis volens percutere Mævium, pœcutit & occidit Titium parentem suum, vel ex errore personæ, vel casu quodam proximè ibi astantem aut prætereuntem, vel etiam in rixâ pacis conservandæ causâ ceu mediatorem intervenientem. Sufficere enim hoc casu pœnam gladii ad coërcendum parricidium errore commissum nullus dubito, veluti etiam sic statuit Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 15. n. 7. ubi allegat gloss. & Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt.*
15. *1. Quia parricidii pœna ordinaria tunc solum locum habet, quando ex proposito parricidium fuit perpetratum. l. 1. ff. ad Leg. Pompei de parricid. ibi: cuiusvè dolo malo id factum erit & c. Constit. Elect. 3. part. 4. in pr. ibi: Einen freventlichen bösen Mordt & c. §. fin. & ibi: Wann solcher Mordt für festlichen geschehen & c. Salycet. ad l. 1. ubi etiam Hyppol. C. ad Leg. Cornel. de sicar. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 22. nu. 34. Carrer. in pract. crim. §. homicidii. n. 13. Bonifac. d. Vitalin. in rubr. de parricid. n. 5. in fin. vers. item in talibus. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 15. n. 1. Is verò qui ex errore delinquit, vel volens percutere alium, percutit ac occidit parentem casu ibi astantem vel intervenientem, certè non ex proposito, sed præter intentionem parricidii perpetrat, adeoque neque pœnam parricidii ordinariam meretur.*
16. *2. Qui vult occidere Titium, ex errore autem & casu parentem, fratrem, vel filium & c. intervenientem interficit, respectu parentis, fratris, & filii & c. magis in culpâ quam dolo versatur: In delictis autè culpa non æquiparatur dolo, l. in lege Cornelia, ubi Hyppol. de Marsil. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Alciat in l. magna. n. 3. vers. quod ego verum. ff. de verb. signific. Cagnol. in l. contrarius. n. 9. vers. item adverte. ff. de reg. jur. Dec. in*
- c. 2. n. 30. de Constit. Tiraquell. de pœn. temp. casus 14. n. 5. Anton. Gomez tom. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 15. Menoch. de arbit. jud. quæst. lib. 2. cas. 324 n. 11. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 32. in pr. neque culpa ordinariâ delicti pœnã coërceri debet. Marant. in specul. part. 4. in pr. num. 58 Hyppol. de Marsil. ad d. l. lege Cornelia. §. cum quidam n. 3. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 1. cap. 4. n. 9.*
18. *Neque obstat, quòd homicidium ex errore in personâ commissum nõ excusabile, nec pœna homicidii mitiganda. Constit. Elect. 6. part. 4. Bartol. in l. 11. §. delinquent. fin. ff. de pœn. n. 7. Egid. Boss. in tit. de homicid. n. 73. Anton. Gomez tom. 3. variar. resolut. c. 3. n. 34. Petr. à Plach. in epit. delict. c. 27. Iul. Clar. in §. homicidium. n. 6. Johan. Harppr. in §. item lex Cornelia de sicar. Instit. de publ. judic. nu. 118. & seqq. Toming. decis. 38. Nicol. Boer. decis. 83. n. 1. & seqq. Istud enim in homicidio absq; dubio verum est, ubi sufficit homicidam habere animum dolosum vel propositum occidendi, si effectus sequatur, nec interest, an hunc vel illum occidere voluerit: Pariter enim delinquit necando Mævium, vel Titium, qui habuit animum dolosum. In crimine autem parricidii res longè aliter se habet. Vti enim supra demonstratum est, pœna parricidii ordinaria tunc demum obtinet, si ex proposito fuerit parricidium perpetratum; quia verò propositum hoc deficit in eo qui volens occidere Titium, casu vel errore parentem interficit, utique neque pœna parricidii hoc casu locum habere potest: substitutuenda est autem pœna gladii, quæ aliàs pro homicidio quovis doloso irrogari solet.*
19. *Ideoque Scabini dictaverunt pœnam gladii B. S. qui in rixa sive pugnâ quamcum alio habebat, matrem suam pacis causâ intervenientem occiderat. Nach Hohenstein An Schöffer/ Mens. Februar. Anno 1594.*
20. *It: Quum H. C. petens gladio adversarium W. B. patrem suu casu ibi astantem vulneraverat & occiderat, solum gladii pœnam ipsi indicere non dubitaverunt Scabini. Ad consultationem Quæstoris in Weichling/ Mens. Maio. An. 1595.*
21. *Simili modo pronũcia vimus versus Hohenstein/ quum M. B. volens vulnerare H. H. occiderat conjugem suam: So möchte er von wegē solcher an seinem eigenem Weibe begangenen und betanten Entleibung gestalten sachen nach mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden B. N. W. Ad Requisitionem Quæstoris, Mens. Febr. Anno 1623.*
22. *TERTIÒ: mitigari potest pœna parricidii ordinaria, si quem in ipso actu parricidii nondum consummato facti pœniteat, effectus tamen ex actu præcedenti subsequatur; Veluti si mulier interficiens infantem in ipso actu percussioneis pœniteat, & desinat percutere infantem adhuc vivo, qui tamen postea ex percussione moriatur. Qualis casus Anno 1625. ad collegium nostrum in fuit transmissus, ubi fœmina quædam Nobilis sibi proposuerat infantem suum necare, eoquæ sine cum tibiis compresserat, in ipso verò actu compressionis pœnitentiâ quamvis serâ ducta infantem adhuc vivum ejulantem*

tem receperat, exoptans ut vivus remaneret, qui tamen confestim mortuus fuerat.

23 Quamvis enim pœnitentia tunc demum dicatur suffragari, quando delictum nondum consummatum est, *Hostiens. in cap. pro humani. n. 22. vers. si verò perficere potuisset. de homicid. in 6to. Cyn. in l. is qui cum telo. nu. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar. ubi etiam Salycet. numer. 3. in fin. Felin. in cap. 1. num. 4. ext. de presump. Iul. Clar. in pract. §. fin. quest. 60. n. 21. Farin. part. 5. oper. crimin. quest. 124. nu. 150. post delictum autem perfectum & consummatum non possit; qui eam mente. ff. de furt. ubi gloss. & Bartol. Hier. de Mont. quest. 16. numer. 26.*

24 Attamen hoc eatenus verum est, quatenus delinquens ab omni pœnâ vult esse immunis; delicto autem consummato pœnitentia prodect ad hoc, ut pœna ordinaria mitigetur, quemadmodum in crimine furti à D. Electore August. Constit. 23. §. fin. part. 4. expressè sancitum est, ut fures, qui, consummato etiam furto, pœnitentiâ ducti res furtivas antequam deprehensi in carcerem conijciantur, vel acculentur, restituant, vel illarum nomine Domino satisfaciunt, mitius puniantur.

Facit huc, quod pulchrè decidit Alberic. in ult. part. tract. stat. quest. 69. Si quis Bannitum receptaverit duobus vel tribus diebus, & postea pœnitens eum prodiderit, præsentaveritq; potestati, licet puniendus sit ex formâ Statuti, huiusmodi receptionem prohibentis, pœnam tamen illi mitigandam esse, arg. §. sed etiam suscipientes in Auth. de mandat. prin. Novell. 17. quâ opinionem Alberici refert & sequitur Tiraquel. in tractat. de pœn. temper. quest. 60.

25 Præterea in casu prædicto, quando fœminam delinquentem delicti pœnitebat, infanticidium nondum perfectè & ex omni parte consummatum fuerat; pœnitentia namq; mortem infantis præcesserat.

26 Quare hoc casu pœnam gladii fœmina delinquenti ob commissum infanticidium indicere haud dubitavimus. Ad Consultationem Dn. D. à F. in T. Mens. Febr. Anno 1625.

27 *4. R. cas. minoran. n. 11.* Quarto: Ob ætatem quoque minorem pœna ordinaria parricidii mitigari potest, ita ut delinquens minoræ ob commissum parricidium gladio solum puniatur.

28 Et si enim minor ætas delinquentem in totum neutiquam excuset, *Hartman. Pistor. obs. 58.* pœnam tamen mitigat, ita ut minores regulariter puniantur mitius. *l. ferè in omnibus. ff. de reg. iuris. l. aut facta. §. personam. ff. de pœn. gloss. in l. impunitas. vers. mitius tamen. C. de pœn. Prosper. Farin. part. 3. oper. crimin. quest. 92. n. 41. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 7. num. 1. Foller. in pract. crim. in verb. pœnis debitis feriantur. nu. 17. Petr. à Plaeh in epit. delict. cap. 32. n. 11. Iul. Clar. in pract. §. fin. quest. 60. Tiber. Decian. consil. 24. n. 4. lib. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. question. lib. 2. cas. 329. n. 1.* Idque minus dubium habet, si delinquens nondum sit maior sedecim annorum, ut tradit Vinc. de Franch. in decis. 230. Et testatur Farinac. d. q. 92. n. 108. in Vrbe nunquam minores 20. annorum fuisse morti traditos, nisi ipso Principe consulto.

Quod & verum est in criminibus gravibus, & atrocibus, *gloss. in d. l. ferè in omnibus. vers. si criminaliter. ff. de rog. iur. imò etiam in atrocissimis ob ætatem minorem pœnam mitigandam esse, tradit Prosper. Farin. dict. quest. 92. n. 106. Aretin. in tractat. malefic. in verb. scienter & dolosè. n. 12. Gandin. de pœn. Reor. n. 30.*

Refert quoque Menoch. condemnatum fuisse ad perpetuas triremes quendam Roggerium, adolescentem sexdecim annorum qui patrem occiderat, *de arbitr. iudic. quest. lib. 2. cas. 356. n. 43.* Et quendam Nobilem juvenem, qui nondum 18. compleverat annum, fuisse capite obruncatum, eò, quod patrem veneno necaverat, meminit *Vinc. de Franch. dict. decis. 230.*

Hinc pœna gladii fuit indicta *M. L. puella quindecim annorum ob commissum infanticidium. Versus Arnshaugk / An Landrichter / Mens. Febr. Anno 1583.*

Simili modo meretricem quandam 17. annorū, eò quod infantem suum suffocaverat, gladio puniendam esse, responderunt Scabini ad requisitionem Senatus in *Kempnig / Mens. Mart. An. 1585.*

Quinto: Mitiori quoque pœnâ in crimine parricidii afficiendi sunt Melancholici, homines nimirum desperatè & amotæ mentis, absurdæ & tristia sibi fingentes atq; dicentes. Melancholicas namq; affectiones in criminibus à pœnâ excusationem aliquam præbere, testis locuples est *Claud. Bertaz. fol. in addit. ad Bartol. Bertaz. consil. 228. vers. 5. si quis erit naturâ melancholicus &c. & post eum Sfort. Odd. consil. 93. numer. 25.*

Quorum tamen appellatione non comprehenduntur furiosi, qui sicuti in aliis delictis, ita etiam in parricidio ab omni pœnâ sunt immunes. *l. fin. §. fin. ff. ad Leg. Pompei. de Parricid. Igne. in l. 3. §. ignoscitur. n. 78. & 83. ff. ad Syllan. Iodoc. Damhoud. in pract. crimin. cap. 84. n. 6. vers. etiamsi matrem occidissent. Petr. à Plaeh. in epitom. delict. lib. 1. cap. 29. numer. 1. Iul. Clar. in pract. §. fin. quest. 60. n. 7.* Quamvis non dimittantur, sed custodiantur à suis in carceribus, ac etiam si opus fuerit in vinculis & compedibus, non in pœnam delicti commissi, sed ne quid perniciosius in seipos, aut in alios moliantur. *l. divus Marcus ff. de offic. Præs. Bonifac. de Vitalin. in Clem. 1. n. 7. de homicid. Ripa in l. ex facto. n. 74. vers. fallit. 3. ff. de vulg. & pupill. Ang. de malef. in verb. scienter & dolosè. n. 9.*

Neque etiam per melancholicos hic intellectos velim, qui præter modum timidi, cupidi, avari, & iracundi sunt, quos ob melancholiam temperatam à pœnâ ordinariâ immunes esse, nemo facile dixerit.

Sed accidit quandoq; ut melancholicus humor salubriter humano corpori datus in atram bilem & venenum pestiferum degeneret, indeq; morbus, quem melancholiam primariam vocant Medici, procreetur. ubi cerebrum primariò afficitur, sive peculiari, sive totius corporis vitio; Quâ mentis alienatione laborantes vel cogitant, vel loquuntur, vel efficiunt absurda, longèque à ratione & consilio abhorrentia, eaq; omnia cum metu & mæstitiâ, *Petr. Heig. part. 2. quest. 38. n. 36.*

Hoc

36 Hoc igitur casu iudex arbitrium suum temperare debet, ut intelligat, an delictum in ipso delirio fuerit commissum, & tunc non facile ad pœnam mortis sive ultimum supplicium pervenire poterit. Prout hoc casu mulieri melancholicæ ob infanticidium perpetratum, fustigationem cum perpetuâ relegatione dictatam fuisse à Wittebergensibus, meminit Heig. *diēt. q. 38. n. 55.*

37 Si verò tempore delicti perpetrati melancholia fuerit remissior, & delinquentes tristes ac desperati animi reperiatur, gladii pœna tum irroganda erit. Non enim melancholia, etiam si in summo gradu fuerit, facit, ut homines perpetuò insaniant, vel delirant, sed quietius plerumque agunt & per intervalla levius delirant, adeoq; & affectionis pravæ signa se aliàs minus, aliàs magis produunt.

38 Ita responderunt Scabini, quum G. S. duplex infanticidium commiserat & coniugem graviter vulneraverat: Ob er nun wol dardurch verwirret/ daß er mit einem glühenden Zangengriff gerissen und zusamt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ und Katzen/ an statt eines Affen/ in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen/ und erträncket werden solte: Die weil aber dennoch auß etlichen Umständen zuvernehmen / daß er durch gefährliche Melancholen und Einbildung in solchen Unfall gerahen/ er selbst auch saget/ daß er nicht zu berichten wüßte/ wie ihm gewesen er hette vor der That mit seinem Weibe in die drey Stunden gebetet/ aber was hülfte es/ es were auch zum selben mahl nicht recht um ihu gestanden/ und wolte Gott/ daß nimmermehr keinem Menschen also were/ gleich wie ihm gewesen / und also diese von dem Gefangenen verübete That allerdinge für einen freventlichen bößlichen Mord nicht zu halten: So mag der Gefangene auß ob angeregten *motivum*, und andern angeführten Umständen/ derowegen daß er seine beyde Kinder entleibet und ungebracht/ gestalten Sachen nach/ jedoch wofür er uff seinen gethanen Betändniß vor gehegtem peinlichen Halsgericht freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W. *Ad consultationem Quastoris Deliciani, Mens. Jun. Anno 1615.*

39 Similiter pronunciatum versus Augustusburg: So möchte S. A. von wegen solcher an ihrem eigenen Kinde begangenen und beandten Mordthat/ wofür ihr die hohe Obrigkeit derowegen/ daß sie laut ihrer Aussage bey 4. und 14. *artic.* es durch elgesben eines schwarzen Mannes gethan / welcher ihr im Traum fürkommen / daher sich ansehen leßet/ daß es von ihr auß Traurigkeit/ Melancholen und Schwermütigkeit geschehen sey / auß sonderlichen Gnaden/ die ordentliche Straffe der Kindermörder nicht lindern und mindern wolte/ sampt einem Hunde Hahn/ Schlangen/ und Katzen an stat eines Affen/ in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen und erträncket/ oder do die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W. *Ad consultationem Quastoris, Mens. Junio, Anno 1608.*

40 In casu simili pœna gladij fuit dictata, G. S. Ob nun wohl keine Vermuthung an ihm zu mercken gewesen/ man auch die Zeit seiner gefänglichen Haffe keine Unsinntigkeit oder unvernünftige Reden von ihm gehöret: Die weil ihr aber dennoch in euren vorigen Fragen vermeldet/ daß er den Sommer sechs und rancf gewesen/ und sein Weib 14. Tage vor der Mordthat den Pfarrer/ welcher ihn den Tag zuvor das hochwürdige Sacrament gereicht/ wieder geholet und gebeten/ ihm zu zusprechen und zu trö-

sten/ denn er gar irre worden: So bleibet er mit der ordentlichen Straffe der Weibermörder verschonet/ Er wird aber gleichwol/ wofür er uff seinen gethanen Betändniß vor gehegtem peinlichen Halsgericht freywillig verharren/ oder des sonsten wie recht überwiesen würde/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode billich gestrafft V. R. W.

Ad consultationem Laurentij à Schönbergs/ Mens. Octob. Anno 1585.

41 Pariter pronunciatum adversus H. W. qui ex animo desperato infantem tenellum occiderat persuasum sibi habens. setantum labore consequi non posse, unde ad alimenta sibi & infanti satum esset, simulque ultimo supplicio junis exoptans. *Ad Iudicem & Scabinos Schmebergenses, Mens. Febr. Anno 1629.*

42 Sexto: Ob Ebrietatem quoque delinquentis pœna partitidii mitigari solet. Vnde Alexaner. Raudens, *libr. 1. de analog. capit. 22. allegatus à Daniel Moller. ad Constit. Elect. 3. part. 4. numer. 28.* refert, in Ducatu Mediolanensi, Nobilem quendam, qui per ebrietatem uxorem suam interfecerat, cum eam probasset, & remissionem à focru impetrasset, a Senatu absolutum fuisse.

43 Quamvis autem id apud nos vix quisquam obtineret, ac immunitatem ab omni pœna impetraret, teste Moller, *diēt. nu. 28.* mitiori tamen pœnâ veluti gladio, si per ebrietatem etiâ levem (nam graviter ebrius delinquens nequaquam ultimo supplicio afficiend⁹ est, *Tiraquell. de pœnis temp. caus. 6. n. 11. 12. Prosper. Farinae. part. 3. oper. crimin. quast. 193. n. 18. 19.*) quis partitidii committeret, plectendus esset, modo delinquens non fuerit ebrius, hoc est, solitus & consuetus se inebriare, qui duplicem maledictionem meretur tam propter ebrietatem ipsam, quàm propter delictum in ebrietate commissum, secundum Arist. 3. *Ethic. capit. 5. Andr. Tiraquell. diēt. caus. 6. n. 9. Socin. in cap. ad audientiam n. 59. vers. aliter tamen, de homicid. Andr. Gail. libr. 2. observat. 10. n. 26. Blanch. in pract. crim. §. ebrius n. 7. 8.* At ebrius delinquenti, qui aliàs à vini immodica potatione abstinet, aliquo modo ignoscendum est. *c. sane ubi gloss. in verb. venia, &c. ebriaverunt 15. quast. 1. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. Salyet. in l. fin. in fin. C. ad Leg. Cornel. de sicar. Tiraquell. diēt. caus. 6. nu. 1. Gg. de crim. les. Maieft. lib. 1. tit. qualiter & à quibus crim. les. Maieft. quast. 52. n. 7. Carrer in pract. in 3. tract. in homicid. §. tertion. 7. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 1. n. 73. Petr. à Plach. in epist. delict. c. 30. n. 1. in fin. Inl. Clar. in pract. §. fin. quast. 6. n. 2. Jacob. Menoch. de arbit. judic. quast. lib. 2. cas. 326. n. 1. & seq. Andr. Gail. l. 2. obs. 110. n. 24. Berta. conf. 26. n. 2. & seq. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 579. n. 3.*

44 Et sic pœnam gladii declaverunt alicui Reo Scabini, ob uxoricidium per ebrietatem commissum. *Ad consultationem Henrici ab Einsideis/ Mense Maio, 1586.*

Eodem modo pronunciarunt in casu simili, versus Wetshensels/ Ad requisitionem Praefecti, Octobr. Anno 1587.

It Versus Heildringen/ Ad consultationem Praefecti, M. Sept. Anno 1597.

7. Injussu parricidii.
 45 SEPTIMO: Remitti etiam potest parricidij pœna ordinaria in casu, quo quis persuasione aut jussu patris sive matris deliquit & parricidium commisit, ita enim filius delinquendo de mandato patris excusatur, *arg. l. liber. homo. ff. ad Leg. Aquil. & l. velle non creditur. ff. de reg. jur. ubi gloss. & Dec. n. 1. & n. 7. Carrer. in præct. in tractat. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis, nu. 1. Quod & verum liberis delinquentibus jussu matris, Menoch. de arbit. judic. qu. lib. 2. cas. 354. n. 41.*

46 Quamvis autem in delictis atrocioribus & atrocissimis, quale parricidium est, aliud statuendum sit, ita ut in iisdem jussu seu persuasio parentum nequaquam delinquentes excuset, *Dec. in d. l. velle non creditur, n. 7. vers. secus est in gravibus ff. de reg. jur. ubi etiam Cagn. n. 5. 6. 8. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 34. n. 1. Anton. Gomez. dicit. ca. 3. n. 42. Petr. à Plach. in epitom. delict. c. 15. n. 24. Proffer. Farin. part. 3. oper. crim. quæst. 92. n. 254. Carrer. in 3 tract. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis, n. 1. Hoc tamen eatenus verum est, ut liberi jussu parentum delinquentes in atrocioribus non liberentur in totum, ex parte tamen excusantur, & sic à pœnâ ordinariâ, secundum Salycet. in l. non ideo minus, nu. 9. in fin. vers. mitius tamen puniretur. C. de accusat. Gomez. dicit. c. 3. n. 42. in fin. pr. vers. unum tamen est & c. Tiraquell. dicit. caus. 34. n. 3. Decius lib. 4. conf. 535. n. 3. & 4. ubi dicit, in levibus jussu matris excusare in totum, in gravibus verò à pœnâ ordinariâ.*

Existimo itaque, si filia ex persuasione matris infantem occidat, pœnam ordinariam ipsi remitti posse, substitutâ pœnâ gladij.

47 *Quemadmodum in tali casu pronunciaverunt Scabini versus Böhlen. Ad requisitionem Wolffgangi Stegfrids! Mens. Aug. Anno. 1628. Et quando M. D. jussu matris sua infantem occidit, adjudicata ipsi fuit pœna ordinaria culei cum appendice: Man wolte ihr dann in Ansehung/ das es sie ihre Mutter geheissen/ Gnade erzeigen/ vff dem Fall möchte Sie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werde B. R. W. Ad Consultationem Quæstoris Plaviensis Mens. Mar. Anno 1588.*

3. Mens.
 49 OCTAVO: Huc etiam referri potest parricidium ex metu seu timore commissum; veluti si filia metuens iram & justam indignationem parentum infantem occidat.

50 Tum, quod ij, qui minis seu metu coacti delinquant, aliquo modo excusentur, *Inl. Clar. in præct. §. fin. quæst. 60. n. 17. Berta. conf. 173. n. 8. lib.*

1. & conf. 266. n. 3. lib. 2. nam propter metum delinquentes videntur coactè delinquere: coacta autem voluntas non est voluntas, *l. velle non creditur, ubi gloss. & Dec. n. 1. ff. de reg. jur.* Et coactus magis pati quam agere dicitur, *l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. de liber. caus.*

Tum, quod quælibet justa credulitas, imò etiam causa injusta à pœnâ ordinariâ excuset, *Inl. Clar. in præct. §. fin. quæst. 60. n. 22. Nicol. Boer. decif. 168. n. 11. Socin. l. un. conf. 45. nu. 16. Blanc. in præct. crim. fol. 138. n. 6. Boss. in tit. de decret. Mediol. n. 19. & quamplurimi allegati à Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 104. n. 8.*

Idem, quod pœnam gladij declaverunt Scabini fœmina scilicet P. W. qua ab alio impregnata, infantem brevi post nuptias cum marito suo contractas natum, occiderat, metuens increpationem socrus suæ: *So möchte sie wegen dero an ihrem eigenen Kinde begangenen vnd bekandten Mordthat nach Gelegenheit ditzfalls/ weil sie in grosser Angst gewesen/ vnd was sie gethan/ were auß grosser Furcht vor der Wennes Mutter geschehen/ wegen der Besorge/ die Mutter hette doch hernacher dem Sohn ihrem Ehemanne angezeiget/ das er von ihr entlauffen were/ vnd do sie frantz worden/ hette sie mit diesen Worten die Mutter umb Gottes Willen gebeten/ Mütterchen/ Mütterchen/ holet mir die Wehemutter/ aber solches nicht erlangen/ noch die Mutter erbitten können/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vñ gestrafft werden B. R. W. Ad consultationem Senatû PVurzenis, Mens. Jul. Anno 1628.*

53 *Aliquando etiam in casu simili declavimus pœnam culei, adjectâ clausulâ: Es wolte dann die hohe Obrigkeit in Ansehung/ das sie sich ihrem anzeigeten nach/ vor ihrem Vater gewaltig gefürchtet/ Gnade erweisen/ vff den Fall möchte Sie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden B. R. W. Ad requisitionem Iudicis præfectura Pegaviensis, Mens. Aug. Anno. 1630.*

54 *Nonò: Ob morbum quoque Epilepticum, quo infanticida laborat, pœnam culei in gladij pœnam commutatam fuisse, memini; Ne scilicet Reus in executione pœnæ in epilepsiam incidens duplici affligeretur pœnâ.*

Ad consultationem Henrici à Bünow / in Weissenstein! Mens. Aug. Anno 1630.

Hic ergo casibus in crimine parricidii pœna ordinaria culei remitti potest, quos exempli gratiâ hic recensuisse sufficiat. Præter hosce adhuc causæ & circumstantiæ aliæ occurrere solent, ob quas pœna parricidij æquè mitigari potest, quæ discretionis & prudentiæ iudicis committuntur.

QUESTIO XIX.

De crimine Assassinii, ejusque pœnâ:

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Assassinium unde dicatur, n. 2. | 13. Hac pœna diversa est, pro more cujusvis regionis. |
| 3. Quidnam sit Assassinium, n. 4. 5. | 14. In ditionibus Saxonici illud supplicium irrogari debet, quod moribus Saxonici est receptum. |
| 6. Crimen hoc crudele & horrendum est, n. 9. | 15. Pœna Assassiniorum seu conductorie. |
| 7. Assassinium species homicidij est. | |
| 8. Interventus pecunie delictum facit atrocius. | |
| 10. Quanam sit pœna hujus delicti, n. 11. 12. | |

H

16. Sert-